Henthal / DN. CASPARI RIMPLERI, & DN. MARTINI GÜLICHERI, directricem in iſtis prudentiam, cum Profeſſores alii omnes, ut par eſt, agnoſcant, & quoties per occaſionem licet, dignis laudibus commendent; nec ego prætermittere debui, quin magni à me æſtimatam, opuſculi hujus dedicatione oſtenderem. Quod ipſum, Honori Veſtro conſecratum, & perilluſtriũ Veſtrorum Nominum memoriam, quoad vixerit, conſervaturum, ut ſolitâ veſtrâ Clementiâ ſuſcipiatis, meq; inter clientes Veſtros eſſe ſinatis, ſubmiſſè rogo. Valete, Divinæ protectioni, per indeſinentem bonorum Angelorum cuſtodiam, devotè commendati. Dab. Argentorati, ipſo die Michaëlis Archangeli, Anno Christi 1631.

Perilluſtres Veſtras Generoſitates
ſubmiſsè colens,

Georgius-David Locamerus,
J. U. D. & ibid. Pand. Prof.